



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 135. Burdegalæ obsidio, & deditiois articuli

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. A.C. 1453. næ suæ socios habuit Filium suum, Infulam nomine, nec non alios plusquam triginta Anglos Equites, qui cum quingentis, aut ferme suorum sexcentis in prælio occubuerunt. Altera die Castellonium deditioem fecit, mille quingentis præfidiariis militibus captis: ceteræ quoque urbes paulo post in obsequium Regis rediere; vix enim conspectis Gallorum copiis fanum S. Milionis, S. Marcarii castrum, Liburna, Langonia, Villandrasia, Fronsacum, & Castellio apud Medulos Victoribus cesserunt: quas inter tamen postrema civitas quindecim dierum obsidionem sustinuit. Cadillacum quoque præ ceteris omnibus pertinaciore audacia usque ad mensem Octobrem obsidionis impetus elusit, qua die tamen urbs Regis potestati vindicata, ac præfidiarius miles jure belli in captivitatem abductus est, urbis vero Præfectus, Gallardetus nomine, capitis amputatione rebellionis suæ poenas luit.

§. CXXXV.

Burdegalæ obsidio, & deditiois articuli.

Victoriæ cursum sola sistebat Burdegala, quæ urbs alterum jam mensem terra, marique cingebatur. Urbis hujus Præfectum pro Anglis agebat Cadmus, qui

qui ex natione sua præsiarios numerabat quater mille, & amplius, ex indigenis vero totidem, aut forte plures. Jubebat præprimis naves omnes toto velorum, remorumque apparatu spoliari, ac funes etiam abscindi, ut milites suos prærepta omnis effugii spe eo facilius in officio contineret. Cum vero obsidio a prima Augusti ad decimam septimam Octobris diem protraheretur, atque præter commeatus penuriam Angli etiam suppetias sibi mittendas desperarent, obsessi, cum vicinas urbes jamjam subactas comperissent, & ipsi ditionem urbis offerebant.

Rex eorum postulatis eo faciliores præbuit aures, quo grassantis pestilentie vis majorem stragem Regiis copiis intulerat. Igitur sanciantur ditionis articuli, quibus statutum, ut Burdegala Regi traderetur, omnesque illius incolæ deinceps eidem fidem præstarent, sacramento etiam dicto, se nunquam ultra quicquam contra Carolum Franciæ Regem moturos, sed eum tanquam unicum ac supremum Principem suspecturos; Angli vero vel in Patriam suam, vel Calem rediant; Rex demum ex hujus Provinciæ Nobilibus viginti seligat, qui Regno exulare jubeantur. Hos inter erant Espartius, Durasius, alique nonnulli. Ceterum Petrus Bellovacus, & Jacobus

Sæcul. XV.

A. C. 1453.

Sæcul. XV. cobus Chabannius ipso obsidionis tempo-
A.C. 1453. re occubuerunt, non sine ingenti cete-
 rorum luctu. His peractis suprema A-
 quitanniæ Præfectura nomine Regis com-
 missa est Claromontio, cujus imperio si-
 mul adjecta est validissima militum ma-
 nus, qua omne seditionis periculum
 præverteret, turbasque sedaret. Cum
 vero hæc urbs non modo commercii op-
 portunitate, sed etiam conjugiorum fre-
 quentia arctiorem cum Anglis teneret
 societatem, ideo Rex ad continendam a-
 nimorum inconstantiam duas arces, seu
 propugnacula anno sequenti erexit, quo-
 rum unum extremæ urbis parti, alte-
 rum flumini adjacet.

§. CXXXVI.

*Sententia adversus Joannem
Cordis.*

*Joa. Chart.
Hist. Car.
Vll. p. 281.* Die decima nona Maji Cancellarius
 Franciæ, Rege præsentem sententiam
 pronuntiavit adversus Joannem Cordis,
 his articulis comprehensam: Illius bona
 Fisco adjiciantur; vitæ gratia ei fiat, sed
 Christianum adolescentem, quem Sara-
 cenis tradiderat, ex ipsorum manibus, si
 id adhuc fieri possit, quoviscunque demum
 pretio redimat; sin minus, alium Chri-
 stianum ex Turcarum servitute soluto ly-
 tro liberet; ob pecunias a Regiis subdi-
 tis

*Monstrelet.
vol. 3.*